TRIBVTI D' OSSEQVIOSO DOLORE
RESI IN VARII COMPONIMENTI POETICI
AL FVNERALE
DEL SIGNOR DOTTORE
NICOLA BIANCHINI
DALLA VEN: CONFRATERNITA
DEL SANTISSIMO SACRAMENTO
D' ANCONA
E CONSECRATI AL MOLTO REVERENDO PADRE
NICOLA MARIA BIANCHINI
CHIERICO REGOLARE MINORE
FIGLIO DEL MEDEMO SIGNOR DEFONTO.

IN MACERATA.

Per Domenico Narducci, e Carlo Filippo Ciancha. 1694
Impressori del Palazzo Apostolico.
CON LICENZA DE SVPERIORI.

Molto Reuerendo Padre, e Padron Colendissimo.

LA gratitudine, che è il guiderdone proportionato del merito, fù tenuta sempre per l'vnica pietra di paragone a discernere, o in vn plebeo vn animo nobile, o in vn Personaggio nobile vn animo plebeo. Nella qual scuola di verità per farsi conoscere vero laureato il Signor Nicola Bianchini, oltre all' hauer distillato li dotti sudori di sua fronte in portare appresso li Tribunali Romani le Cause pie, e de miserabili; per compire di rendere al Donatore del tutto i doni tutti da lui riceuuti, offerse le copiose sostanze, parti virtuosi del suo ingegno à fondare vn Collegio de P. P. Minoriti in S. Ginesio sua Patria, per popolarla di Cittadini Celesti; dopo hauer dato con sproprio anco più eroico V. P. M. R. vnico sostengo di sua Casa alla medema Religione, per metter poi casa solo in Cielo. Trà li Clienti, che goderono negl' interessi curiali delle disinteressate fatiche del Signor Bianchini, gloriasi d' essere annouerata la prima la Ven: Confraternita del Santissimo Sacramanto d' Ancona; a cui anco con soprafina dimostranza d'animo tutto pietà il medesimo Signore fece vn legato di 300. scudi, quasi stipendio al Dio Sagramentato, e d' hauerli abilitato l' ingegno ad operare, e dell' essersi degnato di valersi nelle sue cause della di lui opera. Che però la medema Confraternita, per vniformarsi a pieno alla santa mente di tanto Benefattore; hà destinato tal legato a far delinear sù le tele quella gran Cena, che fù instituita ad immortalare li mortali, e per sito perpetuo alla Cena delineata il Prospetto dell' Altar Maggiore di sua Chiesa; e per rendere anco alle riuerite Ceneri eterni tributi d' ossequio, trapunse il funesto apparato, di che adobbò le mura di varij Componimenti, quasi stelle loquaci, che decantassero ad ogni posterità le insigni gesta di tanto Campione. Mà perche la Confraternita rifflette sotto la scorta del douere a capitale di V. P. M. R. le grosse partite di oblighi, che li corrono con quella grand' Anima; consacra al merito del Figlio le Pompe funebri apprestate al Genitore, che è vn dare l' inuestitura dell' eredità paterna a chi ne è

A 2 l'ere-

l' erede non più per discendenza di sangue, che per emulatione di virtù. Gradisca dunque quel tributo, che per autentica d' animo eternamente obligato le rendiamo; e non sia il minimo de vanti di lei il non potersele tributare cosa degna di se, se non sia diramata dal ricco patrimonio de suoi meriti, e ci facci godere appresso di se quel sospirato carattere, con cui a viui caratteri di diuotione ci sottoscriuiamo.

Di V. P. M. R.

Ancona 18. Settembre. 1694.

Vmilissimi, e Deuotissimi Serui.
Gl' Officiali, e Fratelli della
Confraternita del Santissimo.

IN vna lugubre Maestà, che rendeua la facciata della Chiesa con nere gramaglie, pendeua di sù la porta vn Cartello con questo Inuito.

Ingemisce cum studio pietatis
Quis quis hoc Monumentum intueris,
Quod NICOLAO BLANCHINO I. V. D.
ANCONITANA Societas Augustissimi Sacramenti,
Ad conciliandam nominis immortalitatem,
Memori ingentium in se meritorum animo,
Posuit.
Gemitum enim munificentissimi Viri mors;
Summæ pietatis incendium,
Rediuiua in NICOLAI morte munificentia
Erga idem Sodalitium excitabit.

Lo costeggiauano à fianchi gl' Infrascitti due Componimenti

I.

Erigit intortum BLANCHINI Stemma Colubrum.
Altius ad solem hic moriturus.
Stemma replens stella, stellis exordia duxit;
Orbe cadit rediturus in astra.
Extulit impauidus sapientia tempora serpens;
NICHOLAVS sapiens dominatur in Astris.
Numquam luce caret sidus; BLANCHINIA virtus
Immemores haud fertur ad vmbras.
Æuiterna patent, spectator, sidus, & Anguis
Æuiterna extincti gesta videbis.

II.

Oris relucet doricis Romam tenens
Ero Anguis ambabus sacer.
Illic reliquit demigrans artus Polo;
Hic prodigus vult spiritum.
Paschate se recreans Eucharistico,
Has ditat Ædes opibus.
Ouans beantis lucra conscientiæ;
Hic iure concrescit suo.
Cæleste permigraturus Conuiuium
Præmisit Astris epulas.
Exinde Cælos petijt gentilitia
Monstrante Stella Semitam.

Varcati i sacri limitari rendeuasi alla vista vn allegra mestitia nelli parati oscuri, sù li quali li scudi delli Cartelli fatti nuoui à questo effetto rileuauano di sù il Campo lugubre vn vago spicco; & erano le Compositioni schierate con quest' ordinanza.

Nel

Nel Sopraporto interiore della Chiesa

Amissum præstantissimum Virum,
Qui toties ius nostrum inuenit,
Accensis facibus, stellisque ducibus quærimus;
Sed cum per mortis litigium
Nunc sibi patronus acquisierit Cælum,
Arcta est via, quæ ducit ad vitam;
Quo circa serius aduertimus,
Extra Patriam veram Patriam adeptum,
Nullibi, quam Romæ
Triumphare de hoc mundo potuisse:
Quinimmo BLANCHINVM Herculis supparem
Abrepto ex ore Hydræ peremptæ puero
Magnanimitate, & beneficentia
Immortalitatem promeritum,
Non nisi, quam inter sidera collocatum.

Intarsiauansi trà la Porta, e la Crociera in proportionata distanza trà gl' Epigrammi le infrascritte inscrittioni.

I.

Optimus ingenio NICOLAVS, & optimus æstu
Cordis, in ancipitem certat vtroque modum.
Ingenio ad Puteal rimatur condita legum,
Lanx pietas anceps legibus vna fuit.
Erigere oppressos, euertere tela prementum,
Non minus ingenij est, quam pietatis opus.
Reddere cuique suum studio, & pietate laborans
Insontis clypeum, fulmina sontis habet.
Si studio pietas, pietati tela ministrat
BLANCHINI studium, victor vtrimque fuit.

II.

Spectaculum spectator attende.
Nunquam diuersatus in tenebris,
In tenebris emicat NICOLAVS.
Sydus
Quod spontali dedit natura munere,
Vitæ ratio perclarauit in opere,
Mors perfecit in funere:
Maximum semper visum
Minimum quæritabat videri.
Occidens
Æternam sibi surgit in lucem,
Ac suæ propius emittens lumina magnificentiæ
Tibi charitatis enascitur in Exemplar.

Lumina

III.

Lumina clauduntur fato cogente; theatrum
Funereum, vt discas viuere, lumen amat.
BLANCHINVS Romæ moritur meliora secutus;
Vita hic pro tota mors eadem loquitur.
Et pius, & prudens, & seruantissimus æqui;
Præterijt nullum magna cupido sui.
Ingenium fuerit, quanta & sapientia, disce;
Ignota hunc Colubri semita non latuit

IV.

Sola quibus premitur mala nobis intulit Anguis;
Et procul a superum sede tenemus iter.
Quisque tamen Patriæ cælestis carpitur igne,
Optat & ad patriam posse venire suam.
Exul & à Patria sapiens dominatur in astris.
Et mala, quæ patimur, solus in orbe premit.
Sic procul a patria moritur BLANCHINVS; at inde
Cælestem in patriam victor ab Angue redit.

V.

Nouum pietatis Institutum
Priscis penitus inusitatum in nostra secula vsuuenit:
NICOLAVS enim BLANCHINVS,
De ANCONITANA societate Santissimi Sacramenti
Optimè meritus, ope sua eam opibus auxit.
Inde veluti ex ea in se profecta essent,
Quæ ex se in eam ingentia beneficia,
Delegatis in eius commodum CCC scutis,
Operi etiam, quod propugnator acerrimus præstiterat;
Stipendium addidit.
Inauditæ enim liberalitatis genus est
Exantlatos in Dei obsequium labores
Non debiti ex Deo in se, sed ex se in Deum
Loco ponere

VI.

Non iacet hic, verùm iacet hic BLANCHINVS Heros;
Non iacet exanimus, sed iacet ex animo.
Virtutum exuuias gremio pia Roma recondit,
Signaque virtutum prædicat Vrbs fidei.
E moriens orbi nunquam moriturus in orbe,
Orbi immortalis viuere ab orbe sapit.
Spem tulit a viridi Colubro, nunc spe alter adempta
Speratum sapiens spectat in axe Deum.
Sacrauit sacro sacranus sacra sacello,
Nunc sibi sub sacro sacra sacella sacrant.

Com-

Compiua d' appagarsi la vista con le pompose lugubrezze degl' apparati dopo i pilastri nel sontuoso Presbiterio, à fianchi del quale pendeuano questi Cartelloni.

I.

NICOLAVS BLANCHINVS vtriusque Iuris Doctor,
Re, quam nomine laudabilior,
Moribus candidior, quam genere,
Suorum, & patriæ gloria nobilis, nobilior sua
Societatis huius causarum Patronus acerrimus;
Virtutibus eam ornauit, laboribus defendit,
Opibus auxit.
Ingenij claritatem eloquij nitori coniungens,
Vtrumque vitæ candore perfecit.
Æquè in dicendo, ac in agendo conspicuus,
Diuitias neglexit, nisi quas daret.
Vnde annis, ac meritis grauis
Deo sua omnia fænerans,
Illi dedit & vitam.

II.

Dum ab intus minor est expectatio.
Maiorem computat scientiam
Sapientiæ Oraculum.
Maximam defuncti scientiam iudicatu præscribit
Vtriusque Iuris Doctor;
Haud minor ad Illum iudicij
Maior vltro seruiuit minori.
Viuis plurimum Patribus parentauit
Non modicè parentandus.
Spontanea minoritate grandior
Minoritas eligens Patriæ.
Ne dum potum, sed & pascua ministrauit,
Suam minimè deperditurus mercedem.
Licet non in patria, pro patria mortuus,
In minoritis
Patriæ se se maiorem exhibuit.

III.

An Patria, an Cælum veniant, sub Iudice lis est,
In sortem census, o NICOLAE tui.
Est via, quà veniat, censu quam construis edes,
Vel Patria in Cælum, vel Polus in Patriam.

IV.

Ter pretium fuerant argentea dena Magistri,
Post cænam vt solymis proditur Ille iugis.

In

In Cæna hic redimunt iterum tercenta Magistrum
Gaude Ancon solymæ vindice læta viro.

Correua, si come il medemo ornamento, così lo scomparto delle Compositoni per le due braccia della Crociera col seguente ordine.

Dal lato destro

I.

Quem celebrem canimus, laudum præconia reddunt;
Vt profert, egit dum sine labe dies.
Huius & atra dies albo est signanda lapillo;
Factus, quam Titulo candidior Tumulo:
Moribus effulgens, pietate illustris, vtroque
Iure nitens doctor non moriturus obit.
Clara dedit monumenta cadens, elusit & Anguem
Hac docuit vinci fortius arte dolos.

I I.

Aspice exaltatum serpentem,
Quem intuendo fugiunt
Vitiorum mala Iuuentutem educandam:
Hinc felix prole virùm nobilitatur Patria;
Exulant otia, eliminantur discrimina.
In eo Tullius eloquentiam suspicit, naturam stagyrita
Archimedes mensuram, Theologus gratiam,
Omnisque bene viuendi disciplinam:
Ideoque Ciuibus, & Amicis liberalitate, & pietate
BLANCHINVS beneficentissimus morigeratus est;
Qui Deo deuinctissimus,
Omnium amore dignissimus,
Maiori tamèn suorum Ciuium vtilitate,
Magnifica Collegij erectione,
Æternam moriens sibigloriam erexit

III.

Vnica spes patriæ vitam cum duceret; Anguis
Spes, animos auxit, dum quoque fata subit;
Huic fuit & Coluber patriæ spes vna supernæ,
Exclusit quamuis noxius axe viros.
Vt serpens prudens fugit, at vestigia semper
Regna gerens oculis, menteque sola Dei.
Astra diu, patrio fulgent quæ stemmate, legit,
Vt proprius terris Astra teneret, obit.

IV.

Audin? qui gemitus? suspiria anhela fatigant
Stagnantes lacrymis vda per ora sinus.
Occubuit legum Pater optimus, Arbiter vnus,

Quo tenuere suum sospite iura locum.
Huius consilijs Astrea effulta Magistri
Rexit ad Arsaracas iurgia nata plagas.
Hunc sophia, hunc pietas, charitumque exercitus omnis,
Ceu vatem arcanum, ceu coluere Patrem.
Hæc, BLANCHINE, tuis vlulatu encomia tymbris
Miscens virtutum iusta perennat amor.

V.

Heu miseram mortalium conditionem?
Quibus in obscuro futurorum anfractu,
Quid consilij capiant, quis capti exitus,
Quid exitiale exitui, exploratum non est.
Quo tamen ex cæcutientium Comitio
Vnus immunis NICOLAVS BLANCHINVS
Hydro vsus est mortalis prudentiæ duce,
Sydere immortalis:
Quare quod partis ingenio fortunis,
Domum suam contra fortunæ impetus vallarit,
Humanæ consilium prudentiæ fuit.
Quod congesto diuitiarum præsidio se abdicarit,
Sua secum omnia ad immortalitatem rapturus;
Sydere, contra hydri consilium,
Consiliorum moderatore vsus est.

VI.

Tristibus vrgeri lacrymis spectacula poscunt;
Amisit Columen Patria, Roma decus.
Lex linguam, miseri Patronum, Themis alumnum;
Et risum ingeminant sydera per tumulum.
Enitet in tenebris occasus nescia, vitæ est,
Tanti non obitus, nuncia stella viri.

Corrispondeuano dal fianco sinistro della Crociera quest'altri tanti Componimenti.

I.

Luctus adest; cecidit capitis de vertice nostri
Stella, diu lucem, quæ dedit illa foris.
Astra quidem pompas, & dona suprema coronant;
Non nisi per tenebras sidera lumen habent.
Verius at Romæ, & nobis sol occidit; ergo
Addunt & tumulo sydera iure faces.

II.

Pijssimi Viri admiratores virtutum
Exposcimus:
Poetica quamuis licentia,

In morum decora congeramus?
BLANCHINVS Causarum incorruptus defensor
Pro quibus stetit, lucratus est meritum.
Hic vero aurea execratus poma,
Fraudulenta serpentis suasione
Haud vnquam decipi potuit.
Tanti hostis victoria suas opes auxit,
Vnde Amasius æternitatis,
Rerum omnium inanitate deprehensa,
Occidens serpentis malitiam,
Causarum defensoribus imitandam reliquit
Bonitatem suam.

III.

Marmore quot fuerant Simulacra expressa, vel ære,
Occidua in cineres iam rediere suos.
Hoc opibus, BLANCHINE, tuis Ancona parabit,
Quod non vlla ætas, secula nulla premant.
Nam referent docti Conuiuia sacra colores,
In quibus exturbant Cælica Liba necem.

IV.

BLANCHINVM inuadunt sine murmure murmura litis,
Ira sine irarum turbine, vis sine vi.
Bella parat sine cęde; acuit certamina in hostem,
Sed neque bella vigent, nec tamen hostis erat.
Ardet inops otij, tonitru fremit, emicat igne,
Cui calor, & tonitrus; cui procul hostis erat.
Belligera est, NICOLAE, tibi pax inclyta; bellum
In solidæ cupiens fœdera pacis ijt.
Nam capias arma, aut abigas; victoria certa est,
Struxit enim palmis nomina, quæ gereres.

V.

Colubrum qui aduertis, ne metuas;
Virus tantum prope Virum deposuit,
Flamma toxicum adimit.
BLANCHINVS rogo exardens charitatis,
Eucharisticis cohærens pabulis,
Anguis tabum absumpsit,
Vel in Alexipharmacum transtulit.
Pueri ne luconem intelligas,
Æternitatis videlicet symbolum serpens,
Perenniter iuuènescenti gratans patrono,
Exuuiarum inhiat pyram se gerere.

 NI-

VI.

NICOLAVS BLANCHINVS
Partis ingenio fortunis opulentus;
Ingenuo fortunarum contemptu opulentior;
Firmatum virtute animum ad eas non inflexit;
Municeps inter animum mancipantes,
Inops in exuberantium opum copia,
Copiosissimus in inopia,
Qui propterea
Defæcatas a vitiorum colluuione opulentias,
Vt ad pereune vindicaret pietatis præsidium,
In subsidium Religionis delegauit vniuersas,
Conciliata obnoxijs morti immortalitate:
Quare cum Obuenti nihil reliquum sibi fecerit,
Nihil habenti deesse nihil poterat,
Omnia habituro nihil obesse.

Si è interrotto aposta l'ordine della descrizione dell'Apparato, per seguitare quello delle Compositioni; si che restano li quattro Pilastri della Crociera, dalli quali in otto scudi di più industriosa vaghezza vedeansi otto Corpi d'Imprese allusiue, o alle virtù, o all'eroiche azioni del Defonto, e sono

I.

Lo stemma steso de Signori BIANCHINI, cioè vna Biscia, che afferrato per li piedi vn Fanciullo, tenta d'ingoiarselo col motto

Non sat voluisse.

E pretendea ricauarsene il valore intrepido del Signor NICOLA nella difesa delle Cause; perche li meno potenti assorbiti dalla forza degl'Emoli sperimentauano nel di lui Patrocinio il braccio di Dauid, che li ricauaua dalle fauci sbandate de Leoni.

II.

La medema biscia in atto di gettar veleno verso vna Stella, che pure è gentilitia, animandola il detto.

Haud inficit alta.

E parue Simbolo proportionato ad esprimere, che hauendo il Defonto, come deue credersi, riposto il cuore, doue haueua li tesori, de quali haueua fatto erede il Cielo; quel serpe antico, che insidiatur calcaneo, *in darno haurà sparso i veleni delle tentationi contro quell'Anima agonizante.*

III.

Per figurare l'Eroico staccamento del Signor BIANCHINI da ogn'interesse, mentre spropriatosi del tutto, s'inuestì con ogni pienezza del detto del Pazientissimo: Nudus egressus sum de vtero Matris Meæ,& nudus reuertar illuc; *dipigneuasi vna Stella in occidente, quasi in traccia del Sole tramontato, e se li addattauano le parole.*

Eoi, occiduique Comes.

IV

Perche l'Arco Baleno per sostenere la sua mole composta à squarci di luce posa, quasi piedestalli, le piante in luoghi trà se distanti; à questo Colosso di marauiglie si addattaua il motto.

Distantia iungit.

E voleuasi alludere all' efficace persuasiua, e destrezza, che haueua questo perspicace ingegno, per ridurre ad vna inaspettata concordia le discordanti pretensioni delle parti litiganti.

V.

Perche il serpe col ritorto suo dorso forma quasi vna trinciera à difesa del capo; fù questo preso per corpo d vn Simbolo à figurare il volontario sbaraglio, al quale Santamente espose il Signor BIANCHINI le copiose sostanse, per preseruarne l'anima, che però se li addattorno le parole prese dall' ode ottaua d' Oratio.

Cautiùs vitat.

VI.

In vn Serpe, che prima di prendere la pastura, stà in atto di depositare il Veleno, con l' aggiunta del motto.

Tabo non editur.

Si disciffrauano li premurosi apparecchi in procurare ogni lindezza di conscienza, praticati dal Signor Dottore prima d' accostarsi al Cibo Eucaristico.

VII.

Perche degl' huomini virtuosi la più parte è quella, che soprauiue anco dopo i funerali, ò sia nel dolce desiderio, che lasciano di se medemi, ò nella rimembranza de'loro essempi, ò ne'dotti parti dell' ingegno; pretendea arollarsi à questo stuolo il Signor NICOLA espresso nella figura di Stella mezza tramontata, dando luce al concetto il detto di Claudiano. l. 2.

Parte superstes.

VIII.

Prendeausi le segnalate Virtù del Defonto per scorte fedeli à congetturare lo stato felice di quell'Anima già accongedata dal mondo, formandosi vna Stella oscurata, à cui daua lume il motto.

Polo meliore micat.

Si tralasciano à bello studio gl' altri ornamenti, che freggiauano quest' Apparato funebre, come Armi della Casata, Ritratti di Morte, splendidezza di lumi, Preziosità di coltre, moltiplicità di sacrificij; stimandosene bastare questo sol saggio: che si come questa Ven: Confraternita in simili magnificenze hà sempre ambito di vincere ogn' altra; così in quest' vltimo è parso, che habbi superato anco se stessa.

Nel Solenne Funerale, che si celebra per l'Anima del Eccellentiss. Signor Dottor

NICOLA BIANCHINI

Dalla Ven: Confraternita del SANTISSIMO SACRAMENTO D'ANCONA.

Si allude ad vn Serpe dell' Insegna del medemo ch' esce da vn Collo verde, e tiene fra le fauci vn Fanciullo Ignudo.

SONETTO.

ANgue crudel, che con sembiante austero
Tenti, ingordo rapir Preda innocente,
E di furore, e di vendetta ardente,
Lasci l'vsato tuo Verde sentiero.

Quello non sei, ch' astuto, e lusinghiero
Auelenò l'Humanità nascente,
Et insegnò, col suo rabbiato dente,
Quel fatal morso al Trasgressor Primiero.

Quello non sei, ma con diuersa sorte
Armi di Zelo la fierezza ardita,
Et alle vie del Ciel t'apri le Porte;

Nuouo Serpente, or la Pietade addita
Quello gia intento à generar la Morte,
Questo diuoto al Pane della Vita.

NEL